



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Thesavrvs Casvum Conscientiæ

Continens Praxim exactissimam De Censvris Ecclesiasticis, Aliisque
Poenis, & Canonicis impedimentis, in Septem Libros distributus ...

Sayer, Gregory

Venetiis, 1627

Cap. j. Quid, & quotuplex sit interdictum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13883

355
DE INTERDICTO
ECCLESIASTICO.

Liber Quintus.

P R A E L V D I V M.

Autores de Interdicto tractantes.



E Censura hac Interdicti Theologi Scholastici sparsim tractare solent, si quidem de ea breuiter agunt Richard. 4. dist. 7. art. 5. qu. est. 1. Palud. 4. dist. 18. qu. est. 8. Ioannes Bachonus, 4. dist. 11. qu. est. vnica, art. 4. Dominicus Sotus 4. dist. 2. qu. est. 3. art. 1. Martin. Ledesm. 2. 4. qu. est. 26. art. 2. Henriquez lib. 13. cap. 41. & sequentibus, Gregorius de Valentia tomo 4. Disput. 7. q. 18. puncto 2. Canonista, in varijs locis iuris. Summistæ, in verbo interdictum, vt Summa Pisanella, Angelica, Syluest. Tabiena, Summa Confessorum lib. 3. titulo 33. qu. est. 219. & deinceps, Astensis, lib. 7. tit. 16. S. Antoninus, 3. par. tit. 27. Caieta. in verbo Interdicti violatio. Bernardus Diaz in praxi Canonica, c. 121. Martin. Nauar. in Manuali, cap. 27. a nu. 164. Couar. in cap. Alma mater, par. 2. de sen. excom. lib. 6. & lib. 2. variar. resol. cap. 8. nu. 10. Barthol. Medina, lib. 1. Instruct. Confess. cap. 11. §. 13. Simon Maiol. lib. 3. de Irregularitate, c.

20. & 23. M. Antonius Cucchius, lib. 4. Instruct. Furis Canonici, tit. 12. Joseph Angles, in floribus 4. Sententiarum, par. 2. in questione de Excommunicatione, art. 6. Martinus Alphonius Viualdus in suo Candelabro Aureo, par. 2. in tractatu de Interdicto. Iacobus de Grassis, lib. 4. suarum. Decisionum Aurearum, cap. 26. Bartholom. Vgolinius in tract. de Ecclesiasticis Censuris, Tabula 5. Cosmus Pbilarchus, de officio Sacerdotis, par. 1. lib. 4. cap. 3. & 4. Marcus Antonius Berarducius in sua Corona Confessorum, par. 3. cap. 10. tract. de interdicto. Thomas Zerula in sua praxi Episcopali, par. 1. §. 2. in verbo, Interdictum. Toletus in sua Summa nuper edita, lib. 1. cap. 18. & Sebastianus Medices in Summa peccatorum Capitalium, tit. 9. a questione 3. ad decimam, & alij Recentiores.

Quid, & Quotuplex sit Interdictum.

Cap. I.

S Y M M A R I V M.

- 1 Interdictum quot modis accipi solet.
- 2 Interdictum secundum iuris spiritum, vel est restitutorium, vel exhibitorium, vel prohibitorium.
- 3 Interdicti nomen a verbo [Interdicto] deducitur, & quæ huius ratio sit.
- 4 Banniti, seu exules, quo sensu [Interdicti] dicuntur.
- 5 Interdicti vox secundum Canonistas duobus modis accipi solet.
- 6 Interdictum, quod censura Ecclesiastica est, quare sic appellatum est.
- 7 Interdicti definitiones variæ ab auctoribus asseruntur.
- 8 Interdictum a reliquis censuris, & a cessatione a diuinis, qualiter distinguatur.
- 9 Interdicti definitio tria hæc exprimere debet, scilicet prohibitionem officiorum diuinorum Sacramentorum, & sepulcræ.
- 10 Interdictum, in locale tantum, personale tantum, & locale, & personale simul diuiditur.
- 11 Interdictum locale tantum, seu loci quidnam sit.
- 12 Interdictum personale tantum, quodnam dicendum.
- 13 Interdictum aliud Generale, aliud speciale esse potest.
- 14 Interdicti diuisiones qualiter inter se differant; & vnde sumantur.
- 15 Interdictum personale generale, vel speciale quodnam censeri debeat.
- 16 Interdictum locale tribus præcipue modis ferri potest, & quinam illi sint.

- 17 Interdictum ciuitatis, castri, seu villæ, improprie ab Angelo interdictum speciale appellatur.
- 18 Interdictum persone singularis rectius suspensio, quam interdictum appellatur.

Quoniam verò interdicti nomen ambiguum est, varia eius acceptio in primis exponenda erit, vt si res ipsa melius intelligi possit; solet autem quatuor modis accipi:

Primo, amplissimè, pro solemnè dicto Prætoris aliquid fieri præcipientis, siue præceptum illud prohibitorium sit, siue alterius modi; vnde gl'of. in Clem. 1. de foro compet. in hoc sensu. Interdictum esse dixit solemnem, & formatam quandam verborum conceptionem, qua Prætor aliquid fieri iubebat, vel prohibebat, quod tunc maximè faciebat, cum de possessione, vel quasi possessione inter aliquos contendebatur; ita vt hoc sensu Interdictum sit, quasi inter duos dictum Prætoris, quo inter Reum, & Actorem aliquid dicendo constituit, aliqui iubens, aut prohibens fieri, vt habetur Instit. de interdict. circa princ. & ff. eod. Secundum quam acceptationem Interdictum in iure ciuili diuiditur in tria, scilicet, vt aliud sit Restitutorium, aliud Exhibitorium, aliud Prohibitorium; vt cum Prætor prohibet ædes extrui in loco, in quo Actor eas petebat extrui; aut cum iubet aliquid restitui, quod Reus per exceptionem defendebat ab eo non esse restituendum. Quæ nominis acceptio, vt amplissima est, ita etiam, & impropria est.

Secundo accipitur strictius pro solo interdicto, seu dicto Prætoris prohibitorio deducto nomine a verbo *Interdicto*, quod significat prohibeo; vt interdico tibi ingressum domus meæ, aut interdico te ingressu, id est prohibeo, vt habetur in Instit. de interdictis. §. exhibitoria, vers. sunt tamen. Zabar. in cap. fin. num. 7. de excessi. prælat. vt inter recentiores rectè annotauit Alphonsus Viualdus in Candelabro tit. de Interdicto, num. 1. contra Syluestrum verbo, Interdictum, in princip. qui Interdictum, quasi inter duos

duos dictam, dici noloit. Quamvis autem Imperator in d. §. exhibitoria, attenda priori vobis huius ſignificatione, hoc eſt, ſi interdictum quaſi inter duos dictum ſumatur, omnia illa tria nimirum, ſive prohibitoria, ſive reſtitutoria, ſive exhibitoria, interdicta vocari velint; quia tamē propinquior & noxior, & magis viciata deductio eſt *ab interdicens*, ideo magis proprie dicitur interdictum illud, quod eſt tantum prohibitorium; ſi quidem interdicens proprie ſignificat prohibere, ac vetare, ne aliquid fiat: quo ſenſu exules, Banniti vulgo nominati; interditi dicuntur, quoniam in patriam reditus ipsis prohibitus eſt, arg. l. relegatorum, ff. de interdictis & relegat. Et a lege prohibitus ne bona ſua alienet, interdictus dicitur, arg. l. is, cui bonis, ff. de verb. oblig. Et etiam prohibitus poſtulare, & officium ſuum exercere interdictus nominatur, in l. moris, & l. fin. ff. de poen. & l. Imperator, ff. de poſt. Et hæc duæ acceptiones ſunt propriae Iuriſconſultorum, de quibus latius Cou. in cap. alma mater, par. 2. §. 1. num. 1. de ſent. excommuni. lib. 6. Sotus 4. d. 22. quaſt. 3. artic. 1. Vgolin. de cenſ. Eccl. Tab. 5. cap. 24. §. 2. Henriquez lib. 13. de excommuni. & interdicto, cap. 4. §. 1. Sylueſt. verbo Interdictum, 1. in principio, Tabiena, verbo interdictum, 1. num. 3. verſic. 2. Angelica, verb. interdictum, 1. in princip. Panorm. in cap. paſtoralis, num. 14. de cauſa poſſeſſ. & propriet. Specul. tit. de interd. §. Quia verò, vbi ponit nouem interdicta publica, & triginta octo priuata glo. in Clem. vnica, de foro compet. vbi ponit 36. & eadem gloſin Clemen. 1. de ſepult. vbi alia plurima interdicta ponit,

Deinde in iure Canonico Interdicti vox duobus aliis modis ſami poteſt;

Primo, pro prohibitione Iudicis Eccleſiaſtici, ſeu iuris Canonici; & hoc modo nõ aliter differt a ſecunda acceptione Legiſtarũ, niſi quod ibi ſermo fit de prohibitione Praetoris, hic verò de prohibitione iudicis, ſeu iuris Eccleſiaſtici, & hoc modo accipitur hæc vox, 17. q. 4. c. Miror. & c. ſignificati, de offic. Archid. & c. cum illorum, de ſentent. excommuni. & in Rubrica ſub tit. de matrimonio contract. contra interdict. Eccl. maxime cap. 2. & 3.

Secundo accipitur pro ſententia iuris, vel Prælati Eccleſiaſtici prohibentis alicui Diuina officia, Sacramenta, vel ſepulturam Eccleſiaſticam in penam delicti, vel contumaciae, ſive illius, qui interdicitur, ſive in penam alicuius alterius; Quæ prohibitio eam ob cauſam rectè *Interdictum* appellatur, quod per ipſum diuina Eccleſia, vel hominibus, qui eius vinculo conſtricti ſunt, vel in locis, in quæ latum eſt prohibentur; & huiusmodi prohibitionem tranſgrediens exercitio alicuius actus ordinis, ad eum modum quo infra diceretur, irregularis efficitur. Et hæc eſt maxime propria nominis huius acceptio, ex accommodatione iuris Canonici, & DD. interpretatione, & ſecundum hanc ſignificationem, interdictum vna ex tribus cenſuris Eccleſiaſticiſ dicitur, vt patet ex c. *Quarenti*, de verb. ſignific. de qua acceptioe hoc in loco agemus.

Quoad eius definitionem variæ afferuntur ab auctoribus definitiones, Vgolinus enim, vt a recentioribus exordiamur, de cenſ. Eccl. Tab. 5. c. 18. Interdictum in genere ſumptum ſic definit [Interdictum Eccleſiaſticum eſt cenſura Eccleſiaſtica, qua diuinorum Eccleſiaſia vſus prohibetur, ſeu diuina Eccleſie prohibentur, quatenus diuina ſunt] Palu. in 4. d. 18. quaſt. 8. circa quartum principale, art. 1. & Sum. Confeſſ. lib. 3. tit. 33. quaſt. 220. ita definiunt [Interdictum eſt cenſura Eccleſiaſtica in penam contumaciae, vel offenſe lata, arcens præcipue populum, ne communicet Sacramentis.] Summa Aſtenſis, par. 2. lib. 7. tit. 16. ar. 1. ſic definit [Interdictum eſt priuatio quoad Eccleſiaſtica, per ſententiam iuris, ſeu Iudicis facta] S. Anton. 3. par. tit. 27. de interdicto ſca. 1. ita definit [Interdictum eſt ſeparatio a certis Sacramentis, & omnibus officijs diuinis, & Eccleſiaſtica ſepultura.] Quam definitionem ſequitur Tabiena, verbo, Interdictum, 1. num. 3. verſ. Secundo, in fine, Sylueſt. verbo Interdictum, 1. num. 2. & Sotus 4. d. 22. quaſt. 3. ar. 1. qui eam colligitur ex c. Non eſt vobis, de poenſ. & ex c. Quod in te, de poenſ. & remiſſ. At Nau. in Manuali, capit. 27. num. 164. Martin. Ledem. 2. 4. quaſt. 26. ar. 2. in tract. de Interdicto. Couar. in cap. alma mater, par. 2. §. 1. num.

2. verſ. Poteſt autem, de ſentent. excommuni lib. 6. Alphonsus Viuald. tit. de Interdicto, numer. 3. Iacobus de Graſſ. lib. 4. Decif. cap. 26. num. 1. Coſmus Philarcus, de officio Sacerd. par. 1. lib. 4. cap. 3. Corona Confeſſ. tit. de Interdicto, num. 7. & Sebaſt. Medices, in Summa, par. 2. tit. 9. q. 3. Toletus lib. 1. c. 18. Henriquez lib. 13. de excomm. & interd. cap. 4. §. 1. ſic definiunt; Interdictum Eccleſiaſticum eſt Cenſura Eccleſiaſtica, qua prohibentur diuina officia, & Sacramenta, & Eccleſiaſtica ſepultura actiue, & paſſiue. Alij aliter definiunt, qui tamen omnes verbis potius, quæ re differunt.

Dicitur autem primo *Cenſura Eccleſiaſtica* tanquam genus immediatum, quo genere differt, vt ait Palud. a Legibus interdictis, & vt ait Martin. Ledem. cum quo conſentiant Nauar. & Henriquez, a ceſſatione a Diuinis, quæ non eſt Cenſura Eccleſiaſtica, ſed prætermiſſio quorundam diuinorum officiorum. Cetera verò, quæ in dicta definitione apponuntur, oſtendunt quid per interdictum intelligatur, & quomodo ab excommunicatione, & ſuſpenſione differat, quæ licet in genere conueniant (quia Excommunicatione, ſuſpenſio, & Interdictum cenſura Eccleſiaſtica ſunt, cap. Quarenti, de verb. ſignific.) in alijs tamen inter ſe differunt: Quia Excommunicatione priuatur ab omni, aut certa communicatione, in quantum communio eſt, vnde nobis non ſolum diuina, ſed etiam quæ non ſunt diuina adimit; Interdictum verò a diuinis tantum nos ſeparat. ſuſpenſio impedit in toto, aut in parte, exercitium officij, aut beneficij Eccleſiaſtici, quod ſuſpenſus habet; vnde Ceteros tantum impedit, quo minus Eccleſiaſticas functiones exercere valeant; Interdictum verò prohibet Sacramenta, officia diuina, & ſepulturam; ſive incumbat ex officio ea adminiſtrare, vel audire, aut dicere, ſive non.

Dicitur ſecundo *prohibens diuina officia, Sacramenta, & ſepulturam*, vt ſignificetur proprius, & formalis effectus Interdicti.

Dicitur tertio *actiue, & paſſiue*. Quia ſuſpenſio communiter non prohibet Sacramenta ſaltem paſſiue, ſed actiue tantum, ne Eccleſiaſticam ſepulturam, niſi illam, quæ eſt ab ingreſſu Eccleſia; Interdictum verò prohibet, ne quis officiorum diuinorum, Sacramentorum, & ſepulturæ Eccleſiaſticae particeps ſit, tam actiue, quam paſſiue.

Dicitur quarto a Palud. in penam contumaciae, vel offenſa ad ſignificandam cauſam quare ſoleat poni Interdictum; Quæ tamen particula non mihi videtur neceſſaria, ſiquidem nullo modo per eam diſtinguitur Interdictum a reliquis Cenſuris, cum omnes Cenſurae ferri poſſint propter hæc cauſam. Eſt tamen neceſſarium in definitione mihi hæc exprimere, ſcilicet, prohibitionem officiorum diuinorum, & Sacramentorum ſepulture. Parum autem refert, ſive dicamus prohibitionem Sacramentorum abſolute, ſive limitate prohibitionem aliquorum ſacramentorum quia interdictum ex ſua natura habet prohibere omnia Sacramenta; ex particulari verò, & rationabili conceſſione Eccleſia, ne huiusmodi Cenſura efficiatur alicui cauſa damnationis conceſſa ſunt aliqua Sacramenta, vt Bapſimus, & Penitentia, de qua re ſuo loco dicemus. Sed de definitione hæc tunc.

Diuiditur autem Interdictum communiter in locale tantum & personale tantum, ſic Angelica, in verbo Interdictum, 1. numero 1. Tabiena, verbo Interdictum, 1. verſic. Tertio, Summa Aſtenſis, par. 2. lib. 7. tit. 16. art. 1. Sotus 4. d. 22. quaſt. 3. artic. 1. conſul. 1. Couar. in capit. alma mater, par. 2. §. 1. numer. 6. de ſentent. excommuni. lib. 6. Corona Confeſſ. tit. de Interdicto, num. 1. Iacob. de Graſſ. libro 4. cap. 26. num. 2. Maiol. lib. 3. de irreg. cap. 20. num. 1. Henriquez lib. 13. de excommuni. & interd. cap. 4. §. 3. Vgolin. de cenſ. Eccl. Tab. 5. cap. 5. & colligitur ex capit. ſententia, & cap. ſi Ciuitas, & cap. præſenti, de ſent. excommuni. lib. 6. cuius diuifionis ea eſt ratio; quia tria hæc officia diuina, Sacramenta, & ſepultura, per Interdictum prohibentur ne alicubi ſiant, quod ad locum pertinet, aut ne a quopiam ſuſcipiantur, aut adminiſtrentur, quod ad homines ſpectat. Addunt autem nonnulli tertium membrum, ſcilicet, quod Interdictum ſit miſtum, id eſt continens ſimul locale, & personale ſauet Tabiena, vbi ſupra, & expret.

de Syluester, verbo Interdictum 1. quæstio. 2. Alphonsus Vinald. tit. de interdicto, nu. 119. Gregorius de Valencia, tomo 4. disput. 7. quæst. 18. puncto 2. Barth. Medina, lib. 1. Institut. Confess. cap. 11. §. 13. & Sebast. Medices, parte 2. Summa, tit. 9. quæst. 4. Toleros lib. 1. cap. 18. Mart. Ledes. in 2. 4. q. 26. art. 2. in tract. de interdicto, & Nauar. in Man. cap. 17. num. 166. Et quamuis hoc verbum sub alijs includatur, nec a duobus praecedentibus distinctum sit; non est tamen inconueniens huiusmodi distinctio, vt sic sciamus, quando sit interdictum simplex, quando vero mixtum.

11. *Interdictum locale* seu loci est, quando solus locus, verbi gratia, Ciuitas interdicatur, ne ibi officia a Ciuibus, aut exercitijs audiantur, aut celebrentur, per hoc autem non interdicatur persona, quia extra locum illum, vniuersisque, exceptis illis, qui causam interdicti de decedunt, officia celebrare, & Sacramenta sumere possunt.

12. *Interdictum personale* est, quo interdicatur populus, aut aliqua eius persona, non autem locus, & tunc persona interdicatur nisi ibi officia audire, aut administrare Sacramenta valent. Interdictum mixtum est, quod fertur in locum, & personas simul, scilicet, in locum cum populo laico, aut Clero, aut in tales, vel tales personas, quod Nauar. in Man. cap. 17. num. 166. Henriquez vbi supra, cap. 41. §. 3. Toleros lib. 1. Institut. Sacerd. cap. 18. & Vgolin. de censur. Eccles. Tab. 3. cap. 12. §. 1. nu. 2. de ambulationum appellant, quod solum habet hanc formam ferri, *Interdicimus Ioannem, & locum ubi est, vel fuerit, quando ibi fuerit*, sub qua forma latum est Interdictum in cap. Dalecis filijs, de appellat. & ca. Non est vobis, de sponsal. Et de hoc interdicto in quantum locale iudicandum est per regulas Interdicti localis; in quantum vero personale, per Regulas personalis, ex Nauar. & Henriquez vbi supra.

13. Alia diuisio est, Interdictum aliud Generale est, aliud speciale, & hoc loquendo tam de Interdicto loci, quam personæ. Sic Palud. 4. dist. 18. quæst. 8. §. circa quartum principale, vers. quantum ad tertium. Summa Aitensis, parte 2. lib. 7. tit. 6. art. 1. Summa Pisanella, in verbo interdictum, 1. Syluest. verbo interdictum, 1. quæstio. 3. Tabiena verbo interdictum 1. num. 4. vers. Tertio. Sotus 4. dist. 22. quæst. 3. art. 1. Concluf. 2. Martin. Ledes. 2. q. 26. art. 2. in tract. de interdicto. Nauar. in Man. cap. 17. num. 166. Codar. in c. Alma mater, par. 2. §. 1. num. 9. de sent. excom. lib. 6. Alphons. Vinald. tit. de interdicto, num. 119. Corona Confess. tit. de interdicto, numero 1. Iacobus de Grass. vbi supra, cap. 26. num. 3. Henriquez lib. 1. 3. de excommuni. & interdict. cap. 41. §. 3. Vgolin. de censur. Eccles. Tab. 5. cap. 6.

14. Hæc autem secunda diuisio, differt a priori, quod illa desumitur penes passim; hoc est, penes id, quod dicitur Interdictum; ista vero penes modum interdicendi, ex Ioan. Caldeno, in tract. de Interdicto, Memb. 2. Huius diuisio nonnulli addunt tertium membrum, scilicet, particulare, seu singulare, vt hoc distinctum sit a speciali. Sic S. Anton. 3. par. tit. 17. de interdicto, cap. 2. Angelica, verbo Interdictum 1. num. 1. & numero 11. & verbo interdictum 2. in princip. Cosmus Philarchus de Officio Sacerd. par. 1. lib. 4. cap. 3. Vnde, exemplificant, vt Interdictum Generale loci sit, cum interdicatur Regnum, vel Prouincia, vel Diocesis. Speciale, cum interdicatur Ciuitas, Castrum, Villa. Singulare, cum interdicatur certa Ecclesia, vel Capella, vel cer-

ta Ecclesia, vel Capella. Personale autem Generale interdictum est, cum interdicatur vniuersaliter populus totius Regni, Prouincie, Ciuitatis, Castrum, Villæ. Personale Speciale est, cum interdicatur pars aliqua populi, puta, aliquod determinatum Collegium, vel Vniuersitas aliqua inclusa in illo populo, puta studium in Papiæ, & huiusmodi, vel Capitulum. Singulare, cum interdicatur aliqua certa, vel incerta persona, certa, vt quando designatur proprio nomine, aut circumlocutione æquivalenti; Incerta, vt cum interdicatur quisquis hoc, aut illud fecerit. Ita Angelica in verbo interdictum 1. num. 1. & num. 7. & num. 11. de tribus membris interdicti personalis, & in verbo interdictum 2. in princip. de tribus alijs membris interdicti localis. A quo non parum differt S. Anton. vbi supra, qui interdictum Generale illud esse vult, quod fertur contra Regnum,

Prouinciam, Ciuitatem, Castrum, aut villam, quantum ad interdictum loci, & quod fertur in Vniuersitatē, vel Collegium, quantum ad interdictum personæ. Speciale vero interdictum esse dicit, cum interdicatur aliqua Ecclesia, ac etiam cum interdicuntur omnes Ecclesie vnius Ciuitatis, vel Prouincie. Singulare autem interdictum esse putatur, cum interdicuntur alicui personæ singulari officia diuina, & Ecclesiastica Sacramenta, vel vniuersaliter, vel particulariter quoad omnia, vel aliqua officia, vel Sacramenta. Quæ ratio ne interdictum hoc singulare, solum personali interdicto accomodat, & interdictum speciale, & generale alio modo definit, quam Angelica, vt constat. Ceterum supplementum relatum a Syluestro in verbo interdictum 1. numero 7. Rosella; verbo interdictum 1. in princip. & num. 4. Sotus, Martin. Ledes. Nau. Henriquez hanc sententiam Antonii, & Angelii resellunt, afferentes interdictum singulare, seu particulare, idem esse cum speciali, loquendo tam de interdicto loci, quam personæ. De qua re, ne agamus potius de nomine, quam de te, Duo mihi probabiliter dici posse videntur.

16. *Primum est*, Interdictum locale tribus modis ferri posse, vel primo generaliter, vt cum interdicatur totum Regnum, tota Prouincia, tota Ciuitas, totum Castrum. Secundo, potest ita ferri, vt interdicantur plura particularia loca, puta, plures Ecclesie, plures Capelle. Tertio, vt interdicatur vna tantum Ecclesia, seu Capella. Eodemque modo interdictum personale ferri potest, vel primo generaliter, vt comprehendat totum populum Regni, Prouincie, Ciuitatis, Castrum, seu Villa; vel Secundo, vt solum interdicatur aliqua pars hominum, scilicet aliquod Collegium, vel aliqua Vniuersitas inclusa in populo Ciuitatis, Prouincie, seu Regni; vel Tertio, interdici potest aliqua singularis persona, siue determinata, siue indeterminata.

17. *Secundum est*, siue Interdictum primum, ex rebus vecemus generale; secundum speciale; & tertium particulare, seu singulare, siue duo posteriora confuso nomine, modo specialia, modo particularia appellemus, parum refert existimo, potest enim vniuersique pro sua voluntate, hoc aut illo nomine appellare; Quamuis si confideremus iura, & modum loquendi Canonum, saltem in locali Interdicto, non inuenimus speciale a singulari distinctum; Vnde non ita proprie, Angelus vbi supra, Interdictum Ciuitatis, Castrum, aut Villæ, interdictum speciale appellauit, cum secundum iura introductum illud potius Generale dixerim sit, vt in sequenti capite dicitur.

18. *His omnibus addi potest*, interdictum personæ singularis a plerisque potius vocari suspensionem, quam interdictum, vt notant Caldeno, in tract. de Eccles. interd. memb. 1. num. 7. Palud. 4. dist. 18. quæst. 8. circa quartum principale, vers. Quantum ad secundum. S. Anton. 3. par. tit. 27. de interd. cap. 1. vers. Differt autem, Syluest. verbo interdictum 1. num. 5. Tabiena verbo interdictum 1. §. Primum, vers. Tertio. & §. Quarto, Codar. in c. Alma mater, par. 2. §. 1. num. 2. de sent. excom. lib. 6. cum alijs.

De Interdicto Locali. Cap. II.

S Y M M A R I V M.

1. *Interdictum locale illud est, quod solum locum interdicat.*
2. *Interdicto locus proprie non afficitur, & quare.*
3. *Interdicto locali illius loci populus proprie non afficitur.*
4. *Interdictum loci hæc vim habet, vt interdici censentur homines in ordine ad illum solum locum.*
5. *Interdicto loco, qui culpabiles non sunt, alibi diuina officia facere, & audire possunt.*
6. *Interdictum locale, & personale, qualiter inter se differant.*
7. *Interdictum personale, ita personas ligat, vt nec ibi, nec alibi diuina possint audire, extranei vero in illo loco possunt.*